

burg. Nov. Lit. an. 1707. pag. 146. cont. Eckardum in den *Monatl. Auszügen* an. 1700. p. 383. seqq. qvi qvoq; p. 240. mentionem injicit *Operum Erasmi*, notulis *Clerici* illustratorum. Annus 1702. curiosis exhibuit *Hesiodi* novam editionem, *Commentario Joh. Clerici* ditatam. Sed *Petr. Penavenens* *Dissertatione Critica de Chimera*, in notas *Clerici* in *Hesiodi Theogoniam*, inquisivit Berol. an. 1703. Hoc quoque tempore *Clericus* iterata vice imprimi curavit *Memoires pour l'histoire*, vid. *Dn. Struvii* *Introd. in Hist. Lit.* p. 242. sqq. Illuxerat ann. 1703. ubi nova industria *Specimina Polyhistor* noster offerre gavisus est, nempe *Tomum primum de la Bibliotheque choisie*, quæ non tam continuationem prioris operis, quod titulo *Bibliotheca universalis* superbiebat, quam novum potius institutum fuit. vid. *Struv. l. c.* p. 304. seq. Interim *Bailius* subtit. *Entretiens de Maxime & de Themiste* respondere nititur ad ea, quæ *Clericus* post reciprocata aliquoties contentionis terram *Tom. X. Bibliotheca selecta* p. 364. sqq., ipsi objecerat. Idem annus gloriatur de novo *Clerici* opere sub rubro: *Le Nouveau Testament de notre Seigneur Jesus Christ traduit sur l'original Grec, avec des Remarques, ou l'on explique le Texte, & qu'on rend raison de la version.* Συναγραφα collocati studii ipse concinnavit *Autor Biblioth. choisie Tom. II.* p. 268. sqq. Adde *Tom. III.* p. 394. sqq. Sed notas appositas *Arminianismi* placitis latas patefacere fenestras, observarunt *Autores der Unschuld. Nachr.* ann. 1703. p. 619. Seqvens annus 1704. gratulatur sibi *Nic. Sansons* *Geographiam* S., notis *Joh. Clerici* in *indicem Geographicum*, & *prefatione* exornatam. vid. *Act. Lips.* an. 1705. p. 555. & ipsum *Clericum* *Biblioth. choisie Tom. II.* p. 305. Anno 1706. viderunt oculi curiosorum *Clerici* *Librum*, cui tit. *Atlas antiquus Sacer, Ecclesiasticus, & profanus*, collectus ex tabulis *Nic. Sansonis.* Ao. 1707. Noster imprimi curavit *Eusebii Cæsariensis Onomasticon urbium & locorum sacrorum*, propriis ad auctum animadversionibus. vid. *Clerici* *Bibl. chois. Tom. 13.* p. 1. Digna hæc editio visa fuit *Collectoribus Nov. Lit. Hamb.* an. 1707. p. 207, quam sequenti condecorarent elogio: *In hac editione Clericus non modo notas suas passim adjecit, & plurima sphalmata Bonfreriana sustulit, sed & versionem Hieronymi, ad editionem P. Martianay in operibus Hieronymi autographum Eusebii ad codicem MSC. Bibliotheca Regis Francia denuo exegit.* Eodem anno 1707. larvatus iterum in publicum processit *Clericus* sub involucrio *Joh. Phermoni*, excudi curans *Animadversiones in opera Augustini.* vid. *Clerici Biblioth.*